

Hd  
84

F  
8

PK.135

81

DE  
MIRABILI PHANTASIAE VARIETATE  
E POETIS

COMMENTATIO PRIMA

QVAM

PRAESIDE

IOANNE FRIDERICO  
HILLERO

PROF. POES. ORD. ET ALVMN. ELECTOR. EPHOR.

ATQVE ORD. PHIL. H. T. DECANO

DIE XVII. MARTII A. C<sup>1</sup>CCCLXVI.

PROPONIT

AVCTOR

M. MATTHIAS AVGUSTVS HASIUS

VITEMBERGENSIS.



VITEMBERGAE  
EX OFFICINA GERDESIANA.



MIRABILIS PANTHEUS ARRIETATE  
E PROPTERIS

COMPARATIVI GRAMMATICAE

MAIOR

LAZARUS

OMNIA IN EGYPTICO

HIEROGYLPHICO

PRO POPIS QD ET ALIUM TITULORUM ET HONOR

ATQVE QD QD TITULI ET HONORIBUS

ALIAS TITULI ET HONORIBUS

TITULI ET HONORIBUS

ALIAS TITULI ET HONORIBUS

PERILLVSTRI AC GENEROSISSIMO  
DOMINO  
**DN. PETROL.B.**  
AB HOHENTHAL  
DYNASTAE FALKENBERGAE  
PRO PRAESIDI SENATVS IN SAXONIA  
SACRA SVMMI PRVDENTISSIMO  
DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

HAS PRIMITIAS ACADEMICAS  
ANTIQUA CLIENTIS FIDE  
OFFERT  
AC RES SPESQVE SVAS OMNES  
TANTO MVSARVM PRAESIDIO  
TVENDAS ORNANDASQVE TRADIT  
DEVM COMPRECATVS  
VT VALETVDINE FIRMA  
GENTIS SPLENDIDISSIMAE INCREMENTIS  
AC PROSPERO CONSILIORVM OMNIUM SVCESSV  
IMMORTALIA EIVS DE SACRIS LITERISQVE MERITA  
REMVNERETVR

M. MATTHIAS AVGVSTVS HASIVS



DE  
MIRABILI PHANTASIAE VARIETATE  
E P O E T I S.

§. I.

Subit animum magna admiratio, ac interna in  
Dei sapientiam veneratione mens nostra per-  
funditur, si de incredibili hominum varicata  
in hoc meditamus mundo. Quae discrepan-  
tia mortalium tanta est, vt non in corporibus modo, pul-  
cherrimis animorum domiciliis, quae Deum sapientissimum  
fatentur artificem, animaduertatur, sed animum ipsum,  
tot exornatum dotibus, attingat. Aliis enim Deus propri-  
tius fuit in ipsa externa corporis forma, tam venusta, tam

*Varietas est  
magna homi-  
num, et in cor-  
poribus, sic ut  
animis.*

pulchra, tam apto partium corporis ordine ac consensu disposita, vt omnium animos voluptate impleteat. Aliis contra minorem tribuit speciem, in viribus animi distribuendis interdum liberalior. Neque tamen in iis, quos Deus pulchritudine donauit, tanta reperitur similitudo, vt nullum discrimen sit, quo internosci possint. Miranda cernitur dissimilitudo hominum in ipso gressu. alii enim nimia vntunt celeritate, sanguinis leuitate ducti, alii tarditatibus delectantur mollioribus, temperamento incitati melancholico, tanta omnino differentia, vt nullus facile reperiatur, qui alterius gressum in omnibus imitetur. Sua enim quemque dicit natura, in variis hominibus varia. Ne vero longius evagenerit in discrepantia corporum perquirenda, ad animum progrediemur, praefantiorum hominis partem, in quo tot reperimus varietates, vt citius coeli sidera comprehendere possimus, quam cunctas ingeniorum formas cogitando assequi. Periculum tamen faciemus, ac potiores saltē enumerabimus differentias, quae ad rem nostram maxime faciunt. Digna est animaduersione discrepantia ingeniorum, in studiis excolendis reperiunda. Alia enim ingenia sunt magna, quae cuncta sine labore attingunt, multa simul complectentia, quibus inest ἀριθμὸς πάντα μαθηματά, vt cum Platone loquar, quae flagrant incendi cupiditate, plus scire cupientia, quam imbecillitas ingenii, arctioribus circumscripti limitibus, permittit. Alia contra in mediocribus numeranda sunt ingenii, quae indefessa diligentia equiparare possunt, quae ipsis dengauit natura. Alia tandem sunt infima, quae cuncta in literis inuita suscipiunt Minerua, multoque labore nihil proficiunt, quae, si in scientiis excellere student, naturae repugnant, sine qua parum valet doctrina, ipso Cicerone teste.

Quam



5

Quam discrepantem quoque hominum indolem, imm mortalium variis perinde atque cupiditatibus, experientia duce discimus. alii enim honoris stimulo incitantur, alii se dant voluptatibus, blandissimis dominis, in quas plerique omni feruntur inpetu, illecebris earum irretiti, belluis similiores, quam hominibus, quae instinctum naturae sequuntur. Neque tamen libidinibus dediti eodem feruntur, sed alii venerantur Bacchum, alii Venerem colunt, nec eundem habent voluptatum sensum, modo vchementius mouentur, modo delectantur lenius. Quam mirabilem ingeniorum varietatem nemo elegans exprimit, Ifidoro Pelusiota, in grauissimis suis de interpretatione sanctorum codicis Epistolis, cuius in hanc doctrinam grauiter acutè dicta in medium proferre liceat, iisque nostrae commentationi eximium conciliare decus. Ne vero longiores sumus, quam institutum permittit, præcipua tantum complecti, animus est. ὁ τοῦ Θάνατος, inquit. Εν τοσαύτῃ πληθύν διαφορᾳ πάντως ἔνει προσώπων, ὡς δούλγυτον τοῖς ὄρθσιν ἔναι τὴν γρῦπτον. Εἰ γὰρ καὶ ποτὲ ἐν τοῖς ἑνέντα δέξει ἵμιοτες, ἀλλὰ ἐνερθήσεται τι πάντως τὸ διοφίζεν. Εἰ γὰρ καὶ εὐφθαλμοί ἔτι πολλές, ἀλλὰ κανὸν τούτοις εἴ διαφορά. εἰ μὲν γὰρ χαροπόλ, ἀνδρίζοντες, εἰ δὲ μελανώματοι ἐυρίκουνται, ἐν δὲ καὶ λευκοῖ. Άλλὰ καὶ ἐν θερέτρῳ ιδίστης εἴην. Plura de corporibus non cumulabo. Pergit de animo ἑντα καὶ καρδίαι τῶν αὐθεόπων. Οὐ γὰρ πᾶσι ταῖς αἱρέσεις, ἀλλὰ τοῖς μὲν ταῦτα, τοῖς δὲ ἐκεῖνα. Καὶ ἀντοί δὲ οἱ τῶν αὐτῶν ἐρεσαι δυχ ὄμοιος περὶ τὰ ἐπέρεστα ἔχουσιν, ἀλλὰ οἱ μὲν μελέστων, εἰ δὲ μετρέσιν ἐφίενται πόσοι σωφρονεῖς εἰσιν, ἀλλὰ οὐχ ὄμοιος. πόσοι ἐλεημονες, ἀλλ' ἑντὸν διαφέρουσι, ἐν μένοις ἐπὶ τῶν ἀρέστων, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τῶν κακῶν τὸ αὐτό εἴην ιδεῖν, πόσοι εἰσὶ κάκιοι. Άλλὰ διορισμῷ γνωρίζονται πόσοι λάγραι. Άλλοι ἐν πάντες τοῖς ἀντοῖς ἐάλωσαν. Εἰ δὲ καὶ τοῖς ἀντοῖς ἀκέσεν, ἀλλὰ πάντες ὄμοιος διάκεντά, ἀλλὰ οἱ μὲν τοῖς κατὰ Φύσιν, οἱ δὲ τοῖς ὑπερβολαῖς

Α. 3. *περὶ φύσεων*



*περιογίας τέχνωνται ιδονεῖς.* O rem admirandam. In tanta  
 hominum multitudine omnino inest differentia vultuum, vt  
 iis, qui vident, agnito, confusione expers, constare posse.  
 Quamquam enim interdum in aliquibus similitudo inesse  
 videtur: tamen omnino quippiam inuenietur in iisdem,  
 quod eos discriminat. Nam eti pulchris oculis praediti  
 sunt multi, tamen inter hos quoque est differentia. Alii  
 enim caesiis oculis, alii vuarum colorem ac speciem refe-  
 rentibus, alii nigrantibus reperiuntur, alii albicanibus.  
 Sed et in capillis quiddam inest peculiare. Sic et corda  
 hominum sunt comparata. Nam non eadem omnibus pla-  
 cent: sed aliis quidem haec, aliis vero illa. Quid, quod  
 illi ipsi, qui earundem rerum amore tenentur, non eodem  
 modo erga res amatas affecti sunt; sed alii vehementius,  
 alii moderatius eas concupiscunt. Quam multi sunt sobrii  
 ac temperantes? At dissimiliter? Quam multi sunt mis-  
 ricordes? Sed inter se differunt. Non solum autem in vir-  
 tutibus, sed in vitiis quoque idem videre est discriben.  
 Quam multi pessimi vitiosissimique sunt! verum tamen  
 differentia quadam internoscuntur. Quam multi sunt libidi-  
 nibus dediti? at non omnes iisdem capti sunt. Quod si  
 etiam iisdem quoque capiuntur, at non omnes similiter af-  
 fecti sunt, verum alii voluptatibus secundum naturam, alii  
 voluptatibus a natura abhorrentibus delectantur. Haec  
 egregie dicta luculentis illustrat exemplis ab initio Episto-  
 lac, e sanctiori codice petitis. Reliqua vero facimus missa,  
 ne in campo, nunquam emetiendo, diutius moremur, citius  
 inuenientes initium, quam dicendorum finem. Omnem  
 enim operam nostram cogitationemque in mirabilem Phan-  
 tasiae varietatem conferemus, non dubitantes, quin simus  
 operae pretium facturi in tot eruditis, qui eloquentiae  
 laude excellunt, Poetis sacris perinde atque profanis, ex  
 ima-



imaginationis efficacia felicius diiudicandis. Neque tamen tantum mihi sumo, ut omnes omnium hominum Phantasiae varietates explicem. Nam in hac etiam facultate mens nostra sibi ipsis est ignota. Id potius negotii suscipendum puto, ut hanc varietatem ratione temperamento rum, aliarumque rationum, quae hominem circumstant, perquiram. Ea igitur de imaginatione generatim praecipiam, quae huic doctrinae inuestigandae inseruiunt.

## §. II.

Cum omnis disputatio de varietate imaginationis sit *Definitio imaginationis et illustratio.* futura, ante definire liceat, quid sit imaginatio. Res sane ardua in tanto Philosophorum dissensu, quorum alii in explicanda hac animi dote nimium materialibus fauent ideis, alii imaginationem a facultate sentiendi et fingendi non sat distingueunt. Prioribus annumerandus est \*) MALE-BRANCHIUS de la Recherche de la vérité, qui omnia ex planare studet ex ipsa cerebri natura, in cuius interioribus partibus haec peragatur operatio, vbi reperit vestigia, cerebro impressa, in quaे si spiritus irruant animales, animum imaginari existimat, hoc est rem sibi representare tanquam absentem. Si contra haec agitatio tantum non valeat, ut cerebrum penetreret, et in exterioribus organorum partibus, seu fibrillis, acquiescat, animum rem esse praesentem animaduertere, hoc est sentire. In quo differentiam quoque quaerit inter sensum et imaginationem, quea ut plus et minus, siue intensiue, inter se discrepent. Num recte sentiat, hic fuse examinare non est animus, ea tantum nobis monenda videntur, haec omnia non pertinere ad

\*) Tome I. Livre II. de l'imagination chapitre I. p. 243.



ad animum, omnis compositionis et materiae expertem, sed ad corpus, physice consideratum. Praeslat vero in doctrina, crassioribus circumvoluta tenebris, suam profiteri ignorantiam, quam supiciofas huiusmodi disciplinae so-  
uere sententias. Tuttissimam ibimus viam, si in hoc ar-  
gumento vulgarem sequimur definitionem, tot iam praec-  
stantissimorum Philosophorum suffragiis aptissimam iudi-  
cam. Est imaginatio actus mentis, quo statum sibi praec-  
teritum reprezentat. Qui status tam in animo, quam extra illum cernitur. Vtramque vero hic intelligimus for-  
mam. Verfatur igitur imaginatio in statu praeterito, ad  
quem res absentes pertinent; quarum complexus hunc sta-  
tum efficit. Res enim praesentes, earunque repreäsentatio,  
sentiendi facultatem postulant, ex quo luculentem ha-  
rum facultatum differentiam eluet. Nec futura imaginatio  
curat, quae rationi distincte perquirenda tradit, quae, iu-  
dice Cicerone, rebus praesentibus adiungit atque annexit  
futuras. Res, quas animus sibi imaginatur, ita sint compa-  
ratae necesse est, ut sensibus aliquando fuerint perceperae,  
sive nostris, sive alienis, quamvis in imaginatione ipsa ab-  
sentes sint. Hinc perspicimus, quid sibi velint Philofo-  
phi, quando imaginationem productam sensationem vo-  
cant, sensationem continuatam, debilorem, quia imagi-  
nationis vehementia eo interdum progredivit, ut phan-  
tasma pto sensatione amplectatur. Plura de imaginatio-  
nis idea ex Philosophorum scholis hic repeçere nolumus,  
ad exemplorum lumen progredientes, ut dulcibus misce-  
amus utilia. Nec mediocre condimentum haçtenus dictis  
conciliabimus, si Homeri Phantasmam inducimus loquen-  
tem, qui sicut Princeps Poetarum iure meritoque dicitur;  
sic, princeps quoque imaginationis, vberrimam nobis illu-  
strandi



9

strandī suppeditabit materiam. Iliaſ enī, praeſtantissi-  
mum illud Homerī opus, cuius laudes iam Ouidius hanc  
canit in ſententiam: quis noſſet Homerū, Iliaſ aeternū  
ſi latuſſet opus, tot imaginationis excitatae veſtigis eſt re-  
fertū, vt in magno praeſtantissimorum exemplorum cū  
muſo facile hacſiremus, quod caeceris präcripſat palmaſam.  
Dignus eſt locus, qui huic transferatur, ex ſecondo Iliadi  
libro, vbi fulgorem armorum in militibꝫ, aegide Miner-  
uae, ſenii experte immortalique ad pugnandum concita-  
tis, bellandique cupiditate ſie inflammatis, vt dulcius bel-  
lum putarent, quam reditum in patriam, ignis edacis fi-  
militudine depingit, meminitque immensam ſylvam, in  
quam ignis uhementia ſi ſemel irruit, et pingui primum  
ſub cortice teſtus robora comprehendit, vt canit Virgilius,  
totum inuoluit flammis nemus, et ruſt atram ad coelum  
picca crassus caligine nubea, et flammis omnia collucent:  
ſic ſplendoreni armorum, militibus gradientibus, coelum  
per aērem eſcendiffe inquit v. 455. ſqq.

ηύτε canit πολέ αιδηλον ἐπιφλέγεις ἀσπετον ὑλην,  
σύρεσις ἐν πορυφύΐς ἐκαθεν δί τε Φάνεται σίνυη.  
ἐσ τῶν ἑρχομένων, ςπό χαλκὴ θετπετοσ.  
ἄγητ παρφανέσον δί αιθέρος φρανὲν ἵκε.

Velut ignis edax comburit immensam ſylvam,  
Montis in verticibus; proculque appetet ſplendor:  
Sic his gradientibus, ab aere admirando  
Fulgor vndeque colluccens per aērem coelum ascendit.

Subeunt mentem Poetae volucres, quae rimantur ingenti  
varietate, ac multitudine innumerabili, circa dulcia flu-  
minis Cayſtri stagna in prato Aſio. Audit clangorem et

B

ſtre-



strepitum avium, quem exultantes alis, motuque celerissimo magno cum clamore per auras volantes, fecantesque Zephyros edunt. Videt hic illuc volitantes aues nullo ordine, quae cuncta ad militum, nondum in ordinem collocatorum, incessus transfert, vnde conuenientium cum sonitu magno, ut quatatur campus sub tot pedibus hominum et equorum.

τὸν δὲ ὁστὸν πετεπῶν ἔθνεα πολλὰ,  
χηνῶν, οὐ γεράνων, οὐ κίνων δελτιζόδερων.  
Αστρέψεν λευκῶν, καύσεσθαι ἀμφὶ ἐσεθεῖ,  
ἴδαι καὶ ἐνθα ποτῶται σιγαλίμεναι πτερύγεστοι,  
πλαγυρόδετοι προκαθίστων, σμαραγδεῖς τε λευκῶν.  
Ἄς τὸν ἔθνεα πολλὰ νεῦν ἄπο καὶ πλοιών  
εἰς πεδίον προσέστο Σκαμανδρεῖν. αὐτὰρ ὑπὸ καθῶν  
σμερδαλέσεν κονθίζει πεδῶν ἀντῶν τε καὶ ἵππων.

Horum porro sicut avium volatilium gentes multae, Anserum vel gruum, vel cygnorum longa colla habentium,

Alio in prato, Caystri circa fluenta,  
Huc et illuc volitant exultantes alis,  
Cum clangore aliorum ante alios confidentium, resonat  
autem et pratum:

Sic horum gentes multae a nauibus et tentoriis  
In planitiem profundebantur Scamandriam: ac terra  
Terribiliter resonabat sub pedibus ipsorum et equorum.

Recordatur Poeta temporis verni iucundissimi, quo nec prata rident, nec fluiuii strepunt hiberna niue turgidi, vt cum Horatio loquar, sed redeunt gramina campis, arboribusque comae. In mentem veniunt Homero tot flores, tot folia, quibus ver prata ornat, ingentemque militum numer-



numerum sub hac imagine praestantissima viuide representat.

Ἐπειδὴν δὲ ἐν λαμῶν Σκαμανδρίῳ ἀνθεμίεντι  
μυσίαι, ὅστα τε Φύλλα ποιήσανθες γίγνεται ὥρη.

Steterunt autem in prato Scamandrio florido  
Infiniti, quot folia et flores nascuntur tempore verno.

Imaginatio Poetæ excitata reuocat pristinam sensionem aliquam de miranda muscarum copia, quas sol gignit tempore verno, quando frigora mitescunt Zephyris. Memor est murmuris muscarum, auribus aliquando percepti in caula pastorali, vbi haec animantes magna frequentia pecora pungunt, sónituque murmurante huc illuc volitant. Sic militum desiderium bellandi, et audium contra Troianos pugnandi instinctum nitide adunbrat.

Ἔντε οὐτέ μυσάν σῶμάντον ἔθνει πολλά  
ἅπτε κατὰ σαζίαν ποιμήνιον ἡλίσκεσσιν,  
ἄρη ἐν εἰσροῦ, ὅτε τε γλάρυος ἄγρα δένει.  
τοσσοὶ ἐπὶ Τέρεστι παρηκμώντες Αχαιοι  
ἐν πεδίῳ ἵστατο, διαίρεσσι μεραρχίεσσι.

Veluti muscarum frequentium gentes multae,  
quae per caulam pastoralem errant,  
tempore verno, quando lac vafa rigat:  
Tot contra Troianos comantes Achiui  
in campo stabant, perdere eos vehementer cupientes.

Foecunda Homeri phantasia, noua imagine, milites in ordinem redactos, sensibus proponit, mentemque refert ad pascua, greges magnos caprarum in campo errantes videt, gregumque ductores in mentem veniunt Poetæ, qui greges



ges suos, in prato dispersos, conuocant, pecudesque commixtas ordinant. Delineat hac similitudine militum disciplinam, aciem que instructam nobis in memoriam reuocat.

τέσ δ', ὡς' αἰπόλικ πλατέ ἀγρὸν αἰπόλοις ἄνδρες  
ἕστι διαχρηστοι, ἐπει κε νομόι μηγέστων  
ὡς τέσ ἥγεμονες διεκόμενοι εὐθα και ἐνθα,  
ὑστερη δ' ἵεναι.

Hos autem, vt greges magnos caprarum caprarii facile distinguit, postquam in pascuis commixti sunt:

Sic hos ductores sui in ordines redigebant huc et illuc, vt ad praeium irent.

Quibus imaginibus sigillatim ponderatis, luculentia perficiunt ratione, quantum valeat imaginatio Homeri, quae res absentes, reuocatis sensacionibus praeteritis, viuis vocibus exprimit. Est enim Poetis atque Oratoribus proprium imaginibus loqui, ad quas complura orationis ornamenta redeunt. Nihil igitur efficacius, praestantissimum exemplis Poetarum, imaginationis indolem illustrat.

### §. III.

*Gradus  
imaginatio-  
nis.*

Quo capiamus melius, clariusque percipiamus mirum Phantasiae discrimen, in mortaliū ingenis reperiundum, principia generalia, quibus haec dissimilitudo facultatis imaginandi nititur, praemunienda nobis videntur. Quo spectant imaginationis gradus, tanto studiofius obseruandi, quanto breuius plerumque a Philosophis ponderantur. Ordiamur a sensacionibus, imaginum fundamentis, quarum

quarum discrepantia imaginationis gradus ad liquidum perducit. Obuersantur nobis in sensationibus res praefentes, quae organa sensoria mouent, nec tamen eodem gradu instrumenta sentiendi afficiunt, sed, pro rei sentienda varietate, modo fortius percellunt sensus, modo lenius. Hinc existit discrimen quoddam inter sensationes, quarum aliae sunt clariores, obscuriores aliae. Quae differentia sensationum nos ad imaginationis gradum ducit, quo Phantasiae claritas a sensationis lumine penderet. Re enim clarius percepta, organa sensoria mouentur acrius, quibus vehementius tactis, impressio diutius durat, insinuatque rem perceptam cerebro tenacius, ut facilitiore negotio, simili exorta sensatione, redeat pristina, clarius percepta. Animus vero, facultate nexum representandi praeditus, hac potissimum ratione nos de veritate huius imaginationis gradus reddit certiores, quod in sensationibus clarius perceptis plures maiorescuntur notae, quibus efficitur, ut frequentius perceptiones praesentes occurrant, quae similitudine cum praeteritis cohaerentes, rem absentem faciliter reuocant. Quamuis vero haec tenet disputata viam nobis pandant ad varios imaginationis effectus melius endandos, in aptiorem tamen occasionem referuanda putamus, in gradibus imaginationis determinandis hic solum occupati. Quemadmodum efficacia Phantasiae a claritate sensationis pendet, sic imaginationis gradum crebriores vnius rei sensationes, saepius denuo representatae, mirum in modum augent. Si enim unam eandemque rem repetitis vicibus sensibus propono, maiores claritatis gradum nanciscitur sensatio. Quid igitur mirum, imaginandi quoque vim vividiorem inde reddi, cum sensationis gradum sequatur. Sicut vero crebrior sensatio perinde atque im-



ginatio Phantasiae vim mire iuuat, sic sensus iucunditatem frequentius repetita sensatio minuit. Quae enim sentimus sapientius, quamvis sint iucunda, taedium pariunt, quae rarius, voluptatem excitant, tanquam noua. Hinc peripicimus, cur variatio tantopere delectet, et in literis excollendis, et in exercendis voluptatibus, sedulo coercenda a literarum amatoribus, ne in campo scientiarum latissimo, omnibus immorantes breuius, paucis diutius, gloriam impedianc insignem, quam ex una scientia, recte exulta, reportant. Summa Dei sapientia hanc animi indolem mortalibus bono consilio dedit, ne iis, qui aduersa premuntur fortuna, omnis iucunditatis sensus desit, et diuites, gaudiis circumfluentes, nimium delectentur bonis. Homines enim mediocris fortunae plus interdum gaudii ex bono rarius percepto hauriunt, quam abundantes deliciis, quas, quotidiano voluptatum visu languidi, in bonorum cumulo non sentiunt. Ne vero a scopo recedere videar, nouum imaginationis incrementum prioribus addam. Interdum res aequae clare sentimus, sed diuerso tempore, ut altera sensatio recentior sit, antiquior altera. Hic recentioris sensationis imaginatio supprimit antiquioris imaginem, propter maiorem recentioris ex attentione maiore efficaciam, et debiliorum antiquioris indolem, sicut sensatio fortior debiliorum quoque pellit. Nullum igitur dubium est, quin ea fortius imaginemur, quae recentius sensus nostros perculerunt, quam, quae antiquius. Animi vero commotiones, sicut magnam in hominis mentem vim habent, sic sensationibus se immiscentes, phantasiae quoque potentiam altius extollunt. Quo vehementior enim est affectus, siue gratus, siue ingratus, cum re, sensibus percipienda, coniunctus, hoc maior imaginationis gradus. Diu enim recordanur

damur iniūrias, ab aduersariis nobis illatas, diu meminimus bona, ab amicis in nos collata, claro documento, nos faciliōri negotio reuocare ea, quae cum affectu senserimus. Nec mirum hoc videbitur ei, qui secum ponderat concitatio-  
nis animi naturam, cuius vehementia non mentem modo,  
turbat, omnemque saepius repellit rationem, sed ipsum  
corpus variat, mutato sanguinis circulo, pro varia affe-  
ctus indeole. Sensationes igitur, motibus his turbulentis  
iunctae, non possunt non fortiores esse sensibus, his ani-  
mi iactationibus liberatis. Acriores vero sensuum perceptio-  
nes viuidiores quoque animo imagines fistunt. Experien-  
tia quemlibet docet, in somniis animum viuidius imaginari,  
quam nobis vigilantibus. Hic philosophus rationes stu-  
diose anquirit, nec laboris illum poenitet, in nouo phan-  
tasiae gradu inde declarando. Quiescunt enim in somno  
sensus externi, quorum vehementia nobis vigilantibus  
imaginandi vim obscurat, quia sensationes clariores sunt  
phantasmibus, propter motum in organa sensoria. Quis  
igitur est, qui non colligat inde nouum imaginationis in-  
crementum, ex absentia operationis sensuum externorum.  
Hinc perspicimus monitum Quinctiliani, \*) qui in studiis  
fecessum in loca amoeniora, in nemora sylvasque dissua-  
det, a multis probatum, quod illa coeli libertas, locorum  
que amoenitas, sublimem animum et beatorem, ac foecun-  
diorem spiritum parent. Pulchre enim praecepit, sylva-  
rum amoenitatem, praeterlabentia flumina, et inspiran-  
tes ramis arborum auras, volucrumque cantus, imo ipsam  
late circumspiciendi libertatem, ad se trahere, vt remit-  
tere potius voluptas ista videatur cogitationem, quam in-  
tendere. Suader potius silentium noctis, clausum cubicu-  
lum,

\*) Institut. Orator. Lib. X. Cap. III.



lum, Demosthenis exemplo, qui se in locum, ex quo nulla  
 exaudiri vox poterat, et in quo nihil prospici posset, recon-  
 debar, ne aliud agere mentem cogerent oculi. Sensus igit-  
 tur externi phantasiam impediunt, quibus cessantibus, cre-  
 scit imaginatio, remoto eius palmario impedimento. Ipsa  
 cerebri natura, omni Physicorum attentione dignissima,  
 nobis suppeditat occasionem, nouam subiiciendi prioribus  
 imaginationis incrementum, quod in subtiliore vel crassiore  
 cerebri indole ratione habet, ut tanto viuidior sit imagi-  
 natio, quanto cerebrum mollius. Spiritus enim animales  
 in mollius cerebrum irruunt acris, ut inde vehementior  
 in cerebro impressio existat, cui viuidior quoque animi  
 representatio respondeat, necesse est. Conquisitis vero  
 rationibus graduum imaginationis ex sensationum natura,  
 breui tantum complectentur variam phantasticam efficaciam  
 in homine, qui facultate imaginandi, mox excellentiore,  
 mox debiliore, a summo Numine est exornatus, pro varia  
 ingenii excellentia, a Deo multimoda arte distributa, ut  
 vnicuique pro suo felicitas confilare possit ingenio. Hic ei  
 tribuimus maiorem imaginationis excellentiam, qui plura,  
 obscurius recepta, rarius renouata, antiquius sensa, pra-  
 sentibus externis sensibus et perceptionibus heterogeneis,  
 cum sensatione antecedente coniunctis, ab omni mentis  
 concitatione inter sentiendum liber, nihilo tamen secius  
 viuide sibi representat, quam ei, qui enumeratas sensa  
 tionum virtutes, in aequo secundo cum priore imaginatio-  
 ni gradu, in subsidium vocare cogitur. Quam phantasiae  
 discrepantiam, haec tenus delineavam, Poetarum carmina  
 in dulci ponunt monumento, ut nos poenitere nequeat,  
 Sapphus Odam cum Horatio comparasse. Sappho, insignis  
 illa Poetria, amoenissimi sapphici carminis inuentrix, ex

ipfa

ipsa versuum structura iucundi, amoris furorem, ardente imaginationis igne, aemulationis vehementia inflammato, depingit, ut omnium animos admiratione percellat. Liceat apponere summi carmen artificii iam a Longino iudicatum,

Sect. X.

Φαίνεται μοι κανίς κῆνος ἵστος Θεοῖσιν  
Ἐμμενί τὴν μὲν, στοις ἐναντίος τοι  
Ἴσχυει, καὶ πλανῶν ἄδυ Φωνάς  
σας ἴππανοιει,

Quae laus Catullo tum interprete, tum imitatore, hanc in sententiam concipitur:

Ille mi par esse Deo videtur,  
Ille, si fas est, superare Diuos,  
Qui sedens aduersus identidem te  
Spectat et audit.

Dissentient quidem eruditii, quis fuerit ille, quem Sappho tanto amore sit amplexa, vt illum Diis parem iudicet, qui possit eius consuetudine vti. Sed vero summilla ratione Phaon fuit, cuius amorem anxie quaesuit, nec tamen inuenit. Quantam enim aemulationem sequentia verba produnt.

Καὶ γελάσις ἴμερόν τό μοι τὰ  
Καρδίαν ἐν τῇ θεσμῷ ἐπτόσατεν.  
Ως γὰρ ἴδω σε, βροχέν με Φωνᾶς  
δύνεν εἴτε ἔκειται.

Dulce ridentem, *pergit Catullus*, misero quod omnes  
Eripit sensus mihi. nam simul te,  
Lesbia, aspexi, nihil est super mi,  
*Quod loquor ament.*

C

Verbis

❧

Verbis exprimerē nequit Sappho mēntis fūrōrem, in quēm  
amor eām coniecit; lingua obmutescit, oculi micant,  
tinniunt aures, frigidus fudor occupat totam, halitum non  
amplius emitit, mortem videt

'Αλλὰ καμμὲν γλῶσσ' ἔσγ'. ἐν δὲ λοπτὸν  
Αὐτίκα χρῆ πῦρ ὑποδεδέμακεν.  
'Οππάτεσσιν δὲν ὄρημι, βομβεῦσ'-  
ἐν δὲν οἰκοῖ μοι.

Lingua sed torpet; tenues sub artus  
Flamma dimanat; sonitu suopte  
Tinniunt aures; gemina teguntur  
Lumina nocte.

Καδὸς ἕδρος ψυχῆς χέεται, τρέμος δὲ  
Πάπαν ἀγεῖτ, χλωροτέρα δὲ ποιας  
'Ερμι, τεθνεκην δὲληγο πιδεύσην.  
Φάνομαι ἀπυγεο.

Henricus Stephanus sic interpretatur:

Manat et fudor gelidus; tremorque  
Occupat totam; velut herba pallent  
Ora; spirandi neque compos, orco  
Proxima credor.

Quis est, qui non singularem imaginationis excellentiam in  
hoc carmine reperiat. Sappho enim, intime commota, prae-  
cordia sua aperit, doloresque prodit, qui viscera sua fodunt.  
Saepius enim amauit, nec tamen amata est, sentit  
fæcias amoris flammis; nec tamen extingue potest, affec-  
tus vehementia sensationem comitatur, omniaque adsunt,  
quæ

quae ignem imaginationis incendere possunt. Quid igitur mirum, maiorem phantasiae vim huic carmini inesse, quam, si Horatius miratur audacem illius animum, qui primus in mari nauigarit I. Od. 3.

Illi robur et aes triplex  
Circa pectus erat, qui fragilem truci  
Commisit pelago ratem  
Primus: nec timuit praecepitem Africum,  
Decertantem Aquilonibus,  
Nec tristes Hyadas, nec rabiem Noti

Omnia quidem colligit, quae periculum grauius reddere possunt, mentemque a tam exitioso itinere reuocare, nihil tamen feciis imaginationis freна tantopere non emitit, quam si mulier libidinosa, amore flagrans, insaniam suam describit.

§. IV.

Sapientissimus Naturae Auctor corpus nostrum morta-  
le immortali animo tam arcto iunxit vinculo, ut praecipua-  
mentis nostris agilitas in exercendis facultatibus e felici cor-  
poris, morbis liberati, indole pendeat. Quotidiana enim expe-  
rientia quemlibet reddit certiorem, mentem nostram libe-  
rius feliciusque in cogitando verlari, quando corpus, cuius  
ministerio animus indiget, nullum sentit dolorem, quando  
cerebrum, animae sedes, nullis exagitatur motibus spiri-

*Dependentia  
imaginationis  
a corpore.*

C 2 tuum



tuum animalium inordinatis, quando membra sunt agilia,  
 omniaque in machina illa praestantissima sic adornata, vt  
 iunctis viribus mentis desideria ad exitum perducant. De-  
 ploranda quidem mortalium indeoles, cui non semper licet  
 esse tam felici, vt corpore valeat, nec ullam habeat occa-  
 sionem, de fragili corporis compage conquerendi. Omnes  
 enim in exiguum tantum aeuum gignimur, omnes caducam  
 mortalium naturam experimur. Cum igitur ingenii fo-  
 cunditatem corporis sanitas apprime iuuet, non omnia  
 momenta Musis sunt amica, non omnia temporis interualla  
 excogitandis doctrinis apra, sed interdum etiam praestant-  
 issima ingenia sterilitatem sentiunt, instar fertilis agri, qui  
 non semper dat prouentus, sed interdum quiescit. Hoc  
 accedit praecipue Poetis, qui non quoquis tempore fo-  
 cundo spiritu agitantur, sicut egregie monet \*) Batteux,  
 sed certis tantum momentis enthuasmo poetico inflam-  
 mantur. Les génies, inquit, les plus féconds ne sentent  
 pas toujours la présence de Muses. Ils éprouvent des tems  
 de sécheresse et de sterilité. Ily des momens heureux pour  
 le génie, lorsque l'ame enflammée comme d'un feu divin,  
 se représente toute la nature; et répand sur les objets cet  
 esprit devie, qui les anime, ces traits touchans, qui  
 nous seduisent, ou nous ravissent. Quis igitur dubitat,  
 cum mentis sagacitas in corporis alacritate rationem habeat,  
 quin phantasia quoque variae corporis dispositioni sit sub-  
 iecta. Primordia enim capit imaginatio a sensationibus,  
 quarum claritas multum pendet e sentiendi instrumentis  
 fanis et apertis. Quae sensuum perceptiones ad cerebrum  
 nostrum, tanquam sensuum commune, celerrimo motu  
 neruo-

\*) Des beaux Arts reduits à un même principe. Chapit. IV.

tieriorum efficacia propagantur. Quod, nisi ab labo alienum et remotum est, imaginandi vim non potest non vehementissime remorari. Ne quid dicam de succo nervo, seu, ut cum veteribus loquar, de spiritibus animalibus, subtilissimis sanguinis particulis, continuo motu agitatis, qui, sicut ad sanitatem corporis faciunt plurimum, sic in cerebrum mox vehementius, mox lenius irruentes, idearum sensualium lumen nunc augent, nunc minuant, magnamque ideo inphantasiā vim habent. Luculenta quoque ratione vim corporis in facultatem imaginandi ex alimento colligimus. Quod si corpus nostrum nimia ciborum copia oneramus, reddimur inepti ad negotia nostra peragenda, nec literis, animi alimentis, libere possumus nauare operam. Phantasia nostra languescit, cerebro stomachi vaporibus impleto, iudicium obtusum, ingenium stupidum, nos somniantibus reddit similiores. Quinimo toto corpore animoque torpemus. Nec vero omnia alimenta mentis nostrae aciem obtundunt, fluida praesertim, ad quae vinum pertinet, alaciorem reddit in plerisque hominibus phantasiam. Extant enim Poetæ, qui praestanssima in ebrietate, aut morbis acutis elaborarunt carmina. Mirabilia sane exempla videbuntur iis, qui phantasias dependentiam a corpore nunquam ad limam reuocarunt. Philosophus vero, cuius mens indagandis rerum rationibus alitur, arctum corporis et animi vinculum sub examen vocat, facilique negorio dergit rationem in efficaciore spirituum animalium operatione, que phantasiam, sicut iam supra monuimus, reddit excellentiorem. Ex ebrietate igitur discimus, quantum valeat corpus in mutandis, tum in melius, tum in deterius, animi functionibus. Affectus praesertim, propter maiorem imaginationis vim

C 3

tunc



tunc concitantur acrius. Quod cognitum nobis ac perspectum redditur in ira, vehementi sane affectu, qui hominem in furorem atque insaniam rapit, totumque corpus variat. Quanto enim furore ebrius, cholericō praeferunt temperamento praeditus, iraque incitatus in aduersarium suum irruit, exaequante ab imis praecordiis sanguine, micantibus oculis, horrenda facie, magnas minas agente, stridens dentibus aggreditur hostem, gemitus mugitusque edit, leoni ad praedam eunti similior, quam homini. Quos mirabiles ebrietatis effectus Horatius \*) iucundo carmine exprimit, probe gnarus, corporis dispositionem se in animalium interdum insinuare, mentisque indolem prodere. Canit enim

Quid non ebrietas designat? operta recludit.

Spes iubet esse ratas, in praelia trudit inertem;

Sollicitis animis onus eximit, addocet artes.

Foecundi calices quem non fecere disertum?

Contracta quem non in paupertate solutum?

Nec veteribus haec dependentia facultatis imaginandi a corpore plane fuit incognita. Cuilibet enim affectui singulari corporis partem assignarunt, ut irac stomachum, si-  
cut ex Horatio \*\*) quoque discimus, qui furentem irac naturam egregie delineat:

### Tristes

\*) Epistolarum I. Epist. V. v. 16.

\*\*) Carmin. Lib. I. Od. XVI. v. 9.

Tristes ut irae: quas neque Noricus  
 Deterret ensis, nec mare naufragum,  
 Nec saevis ignis, nec tremendo  
 Iuppiter ipse ruens tumultu.  
 Sedem designat iracundiae, quam Prometheus, in homine  
 formando, stomacho apposuerit:

Fertur Prometheus addere principi  
 Limo coactus particulam vndique  
 Desectam, et insanī iconis  
 Vim stomacho adposuisse nostro

Persequitur tristes irae effectus in societate humana.

Irae Thyesten exitio graui  
 Strauere, et altis vrribus vltimae  
 Stetere caussae, cur perirent  
 Funditus, imprimeretque muris  
 Hostile aratum exercitus insolens.

Mirum videbitur nonnullis, me ab ira ad phantasiam argu-  
 mentari, quae tamen magnopere inter se discrepant. Lar-  
 gior differentiam, sed arctissimo tamen vinculo animi com-  
 motio atque phantasia inter se cohaerent. Vehementia  
 quippe imaginationis inflammat animi concitationem. quo  
 viuidius enim nobis imaginamur scelerorum in nos con-  
 uicia, eo acrius iis irascimur. Plura in hanc sententiam  
 non coaceruabo, breuitatis studio, quamuis multa adhuc su-  
 persint

persint momenta, velut morbi acriores, somnia, e quibus  
hanc dependentiam cuincere possumus. Transeamus potius ad aeque fucundam doctrinam de regimine imaginationis in corpus, quod interiores animi recessus recludit,

vt neminem poenitere possit, in doctrina tam

abscondita omnem intendisse mentis

salvam, ut non possit inveniri nisi in membris.

**EXPLICIT COMMENTATIO PRIMA.**



Pon II d 84, FK (1/2)  
vd 18




Sb.

mt.



FK.135

81



DE  
MIRABILI PHANTASIAE VARIETATE  
E P O E T I S

COMMENTATIO PRIMA

Q V A M

P R A E S I D E

I O A N N E F R I D E R I C O  
H I L L E R O

P R O F . P O E S . O R D . E T A L V M N . E L E C T O R . E P H O R .

A T Q V E O R D . P H I L . H . T . D E C A N O

D I E X V I I . M A R T I E A . C I I I I C C L X V I .

P R O P O N I T

A V C T O R

M . M A T T H I A S A V G V S T V S H A S I V S

V I T E M B E R G E N S I S .

